

Tischreden, nr 1153-1154 (ur Martin Luthers bordssamtal)

Hat vnser Herr Gott hoc regnum corruptibile, scilicet coelum, terram et omnia, quae in eis sunt, so schön geschaffen, wie viel schöner wird er regnum incorruptibile machen.

Quanquam peccatum originale meruerit, quod multa animalia homini noceant, qualia sunt lupi, ursi, serpentes, lacertae etc. tamen misericordissimus Deus sic mitigavit illam nostram culpam, ut plura sint quae prosint et commodent, quam quae noceant. Nam plures sunt oves quam lupi, plures cancri quam scorpiones, plures pisces quam serpentes, plus frumenti et segetum quam lolii et urticarum, plures boves quam leones, plures vaccae quam ursi, plures lepores quam vulpes, plures anates, anseres, gallinae quam milvi aut corvi et id genus aliae nocentes aves. Et si quis ita diligenter conferat, tum multo plura inveniet bona et frugi animalia quam nocentia, plura ac maiora commoda ac bona in omnibus creaturis quam damna et incommoda. Nemo animo et cogitatione comprehendere potest, quanta beneficia nobis praebeant quatuor elementa, terra producendo arbores, ligna, animalia, metalla, fluvios, fontes, frumenta, olera, lanam, et quis potest ea omnia numerare?

Svensk översättning

Om Gud har skapat detta förgängliga rike så vacker, nämligen himlen, jorden och allt som finns i dem, hur mycket vackrare kommer han inte göra det oförgängliga riket?

Även om syndafallet har medfört att det finns många djur som skadar människor (sådana är vargar, björnar, ornar, ödlor osv) har likväl Gud, som är den mest barmhärtiga, mildrat vår skuld så att det finns flera sådana djur som hjälper oss och står oss till tjänst än sådana som skadar oss. Det finns nämligen fler får än vargar, fler kräftor än skorpioner, fler fiskar än ormar, mer spannmål och säd än ogräs och nässlor, fler oxar än lejon, fler kor än björnar, fler harar än rävar, fler änder, gäss och hönor än falkar och korpar och andra skadliga fåglar. Den som noggrant tänker på detta, kommer på flera goda och nyttiga djur än skadliga, och bland allt det skapade mer nyttigt och gott än onyttigt och skadligt. Ingen kan med sitt sinne och sitt tänkande fatta hur mycket gott vi får från de fyra elementen. Jorden frambringar träd, ved, metaller, floder, brunnar, olja och ull. Vem kan räkna dem alla?

(Översättningen från latin av Anni Maria Laato)